neceſſitate:ſed volūtas diuina eſt ſufficiēs cā oīum entium ſine aliqua alia potētia executiua.ğ ꝛc. ❡ Confirmat:qꝛ Aug. dicit:ꝙ voluntas diuina eſt ſūma cā cuiuꝫ entiū. ❡ Ad ṗm̄ aliqui dicūt/ꝙ vnus neruus vnigene⁹

De organo tactus nōnter h

eſt in toto corpore:qui eſt organū ſenſus tactus. Si aūt dicat ꝙ caro ꝛ oīa alia ſunt organū/tūc ſenſui tactus nō repugnat eſſe in organo illo:ꝛ oīa iſta hñt rōneꝫ per ſe vnius organi:tñ ṗmuꝫ dictū vī ṗbabilius. Quicqd ſit nō eſt ſimile de ſenſu tact⁹:ꝛ de iſtis potētijs:qꝛ nulli tactui, vt ſic loquar, repugnat eſſe vbi eſt alius:ſed poten

O

tie executiue repugnat eſſe in corde:vbi ponit appeti⁹ ſenſitiuus. ❡ Et ſi dicis:ꝙ ipſamet executiua potentia

Diſſimilitudinē appetitiue ꝛ executiue oſtendit.

pōt in aliqbus mēbris īpediri:ꝛ in aliqbus nō:ꝛ tñ non ponit diſtincta in eis. ❡ Dico ꝙ potētia executiua nō pōt totalr īpediri ipſa totalr nō impedita ex ṗmo ṗn°. Sed in ṗpoſito hoc cōtingit:appetitu enim ſenſitiuo nullatenus impedito:cōtingit potētiā motiuam totalr impediri:ꝛ p ꝯñs ſequit ex ṽtute ṗmi ṗncipij cōplexi eas diſtingui. ❡ Ad 2m̄ dico/ꝙ intellectus hñ hꝫ connexionē cū organo in iſto ſtatu ſm ſe:nō tñ vtit organo.

Cōnexionem ad organū habere ꝛ organo vti differūt.

Eſt eniꝫ eius opatio indeterminatiſſima:ſed ipſa imaginatio ſꝫ ſe vtit organo:ꝛ eſt ſibi īmerſa:iō diſtinguūtur. ❡ Ad 3m̄ dico/ꝙ illud argm̄ cōfirmat ṗpoſitū. Impedire eniꝫ actum imperatū nō eſt īpedire voluntateꝫ: ſed eſt īpedire potenitā executiuā:ꝛ ideo hec ab illa neceſſario diſtinguit. ❡ Si dicas:ſꝫ ṗhos. vltimus finis

P

mouet intelligētiā vt amatū ꝛ deſideratū:ſed intelligētia nō fert ſuper amatū niſi per voluntatē. ❡ Dico ꝙ ſicut in nobis potētia motiua mouet pedes ṗpter amatum ꝛ deſideratū:ſcilꝫ ṗpter aliquē locū volitū a volūtate ꝛ nō a ſeipſa:ita potentia motiua celū mouet propter amatū ꝛ deſideratū:nō a ſeipſa:ſꝫ a volūtate ipſa.

Mouere ṗp amatū cōtingit duplr.

❡ Ad 4m̄ dico/ꝙ nō ſufficit volūtas:vt patebit ſtatiꝫ. ❡ Sed ad Aug. dico ꝙ creare ptinet ad potentiā executiuā motaꝫ a voluntate. Iſto aūt mō deus dī creare

Quare volūtati diuine attribuit creare

entia per ſuā voluntatē. Exempluꝫ in nobis eſt:qꝛ nos dicimur domini actuū noſtroꝝ/ṗpter voluntatē nō ꝙ voluntas cauſet oēs actus noſtros:ſed qꝛ potentia exequēs ſequit impetū ꝛ impulſuꝫ volūtatis. ❡ Sed hic

A.l.imperiū

ſunt 4^{or} diffi. Pria eſt. Que eſt neceſſitas ponendi illā

D.q̄druplex

potentiā:cū voluntas in deo ſit infinite ṽtutis:ꝛ etiam ſuo velle videat oīa ſufficienter ponere in eſſe. ❡ Aliq

Quare ṗter volūtatē poni dꝫ po^a executiua ſm aliquos eſt rō 1^a

volentes ad hoc rōnes adducere dicūt/ꝙ qꝛ voluntas prehabet terminū adequatum ad intra in ṗductione ſpūſſancti:hinc eſt ꝙ ad extra nihil pōt amplius ṗducere:ꝛ ideo opꝫ aliā potentiā executiuā ponere. ❡ Ali

Q

qui aūt cōſiderantes modos oppoſitos operādi dicūt/ ꝙ impoſſibile eſt ꝙ eadeꝫ potentia modos oppoſitos opandi habeat:volūtas aūt eſt neceſſario ṗductiua.ſ.ſ. ergo nihil poteſt cōtingenter ṗducere. ❡ Sed iſte rō/

Impugnatio

nes nō cogunt:qꝛ eſſentia diuina eſt ṗncipiū verbi productiuꝫ adequate ꝛ naturaliter:ꝛ tñ hoc nō obſtante ipſa eſt ṗncipiū ſpūſſancti:nō nāliter:ſed mere libere. ❡ Cogit aūt me ꝯtradictio:qꝛ.ſ.idem eſſe cognitum ꝛ nō cognitum nō poſſunt ſimul ſtare. Aliud etiaꝫ qꝛ vo/

Rñſio ṗpria

luntas in deo ꝛ in creaturis ſunt eiuſdē rationis:in creaturis auteꝫ differt:ergo ꝛ in diuinis. ❡ 2^a difficul.eſt. Si tanta eſt diſtinctio inter potentiam executiuam ꝛ volitiuam:ſicut inter intellectum ꝛ voluntatem. ❡ Dicunt aliqui:ꝙ executiuam eſſe ꝛ factiuaꝫ eſt paſſio vo/

Rñſio alioꝝ.

A

Rńo ꝓpria volūtatē cū intellectu magis ꝙ cū executiua coueni rē.

luntatis:cui ēt cópetit eſſe oꝑatiuā:ita ꝙ voluntati illa cōueniūt.ſ.ꝙ ſit oꝑatiua:ꝛ ꝙ ſit factiua:ſicut ei⁹ paſſiones ꝛ vires. ⸿ Et tūc eſſet dōm:ꝙ nō eſſet tāta diſtinctio hic ſicut ibi:qđ pꝫ. ⸿ Aliter autē pōt dici.ꝙ.ſ.ſunt due potētie:ita ꝙ po^a diuidaꝛ īmediate ꝑ oꝑatiuā ꝛ factiuā. Et ſic ſm̄ iſtuꝫ modū dōi eſſet dōm:ꝙ hic eſt maioꝛ diſtinctio ꝙ̄ ibi:qꝛ ītellect⁹ ꝛ volūtas cadūt ſub altero mēbꝛo.ſ.ſub oꝑatiua:qcqđ aūt cadit ſub vno mēbꝛo cū alio magis ꝯuenit cū eo:ꝙ̄ cū nō cadente ſub illo ſꝫ ſub oppoſito:ſic appꝫ in ꝓpoſito. ⸿ 3^a diffi.qꝛ ſola volūtas vī eē pn^m cōtingēs formalr̄.ſi ḡ ponaꝛ executiua diſtincta a volūtate:ipſa nō erit ꝯtingēs:ꝛ ſic deus ꝯtingenter nō ageret ad extra. Dico ꝙ accipiendo potentiā

Quare ꝛ q̄re ꝯtingētia eſt i executiua.

executiuā ꝑciſe vt preſcindiꝛ a volūtate:ſic dico ꝙ nullā cōtingentiā hꝫ:ſed qꝛ ipſa totalr̄ ſubeſt īperio voluntatis:hinc eſt ꝙ ipſa dicit ꝯtingēs:ſicut ꝛ potētie q̄ ſunt in nobis multe. Uñ ſtāte actu voluntatis determinato

B

reſpectu alicui⁹:opꝫ potentiā executiuā exequi:vñ tota ꝯtingētia ꝑncipalr̄ ꝛ inchoatiue eſt in voluntate. ⸿ 4^a diffi.qꝛ agens nāle ꝛ neccīꝫ agit toto impetu. Cū ḡ ſm̄ predicta po^a executiua ſm̄ quā deus agit ad ex̄ ex ſe ſit pn^m nāle ꝛ neccīꝫ:deus ex toto īpetu ageret:ꝛ ꝑ ꝯn̄s aget ſm̄ vltimū ſue ꝟtutis:qđ eſt incōueniens. ⸿ Dico ꝙ ſicut dictū eſt:act⁹ potētie executiue eſt ſub imperio volitiue. Eodē mō dico ꝙ ēt ab actu potētie volitiue menſuraꝛ. Uñ ſi po^a volitiua moderaret actū ſuū:oporteret actū potētie executiue etiā moderari. Uñ breuiter regulaꝛ po^a executiua ſm̄ illā.ſ.volitiuaꝫ. Hoc pꝫ euidenter in nobis. Si.n.volumus intenſe currere potētia executiua:eodē mō ītenſe exeqꝛ:ſi remiſſe/remiſſe. ⸿ Ad arg^m in ꝯtrariū dico/ꝙ de⁹ per volūtatē ſuā oīa creat:h̓ eſt ꝙ ſm̄ determinationē voluntatis ſue ꝛ ſm̄ potentiam executiuam ſequentē illā determinationē oīa creanꝛ. Et ſic patet ad illud.

Quare potentia executiua nō agit ſꝫ totū conatuꝫ ad extra.

Qūo volūtate deus creare dicitur.

C

⸿ Qō. VI.

SExto quero. Utrū potētia abſoluta ꝛ potētia ordinata diſtinguantur. Q2 nō.qꝛ in diuinis nō eſt niſi vnicus actus volendi.ḡ nec niſi vna voluntas. ⸿ Cōtra. deus pōt multa facere de po^a abſoluta:que nō pōt de po^a ordinata. ⸿ Hic aūt ſunt duo ꝑncipalr̄ facienda. Primū eſt inquirere qđ eſt potētia ordinata ꝛ abſo^ta. 2° ſi iſta in deo ſimplr̄ ꝛ abſolute diſtinguaꝛ.

Primus arti. Modus dōi alioꝝ 4^r d̄ potētia abſoluta ꝛ ordinata: q̊ ad qđditatē ꝛ diſtōnē ipſaꝝ.

Quantum ad p^m quattuoꝛ ſunt modi dicendi. Primus eſt/ꝙ potētia abſoluta eſt potentia executiua diuina ſimplr̄ ſumpta ꝙ̄tū ad oīa q̄ pōt. Potētia vō ordinata accipiꝛ pro eadē po^a in habitudine ad regulā recte rōnis. ⸿ Scđs modus dicendi eſt/ꝙ iſte diſtinguunꝛ ex ꝑte obiecti in creaturis.ſ.vt illa dicaꝛ po^a ordinata que reſpicit poſſibilia ſolū moraliter. Abſoluta aūt dicaꝛ illa q̄ reſpicit oīa poſſibilia abſolute ſimplr̄. ⸿ Tertius modus dōi eſt/ꝙ potentia

D

abſoluta eſt volūtas añ determinationē:vt.ſ.ꝯſideraꝛ in illo ſigno in quo intelligiꝛ precedere ſuā determinationē:ipſa aūt met vt ſequiꝛ determinationē:diciꝛ po^a ordinata. ⸿ 4^9 modus dicendi eſt/ꝙ po^a abſoluta eſt voluntas diuina abſolute cōſiderata:vt p̄us. Ordinata aūt eſt ipſamet vt informata ꝑfectione legalis iuſtitie exiſtentis in potētia diuina:qꝛ ſolū illud pōt de potētia ordinata:qđ in legibus ſue voluntatis eſt inſtitutū:ſicut p̄nceps cū poſſit multa de facto:ſola illa de iure poteſt que iuſtis legibus ſunt inſtituta:ꝛ illa dꝛ potētia ab iſtis ordinata. Iſti aūt ſicut varianꝛ in dicēdo qđ eſt iſta potētia vel illa:ita dicentes ꝯn̄ter varianꝛ in mō dicendi de diſtinctione.ſ.quō ſunt idem:ꝛ quō diſtinguuntur.

Impugn⁹ 4^r Di.38.ꝛ.39. ꝛ alibi ſepe.

⸿ Sed cōtra iſtos modos arguo. Cōtra p^m ſic. Nam dictum fuit ſupra ꝙ voluntas diuina p̄us hꝫ actū circa cōtingentia ꝙ̄ intellectus diuinus feraꝛ in illa:ita ꝙ eſt p̄ma regula oīuꝫ ꝯtingentiū:ſed in creaturis nō eſt ſic: qꝛ intellectus noſter p̄us dictat ſic faciēdū eſſe ſm̄ cōformitatē ad p̄mā regulā anteꝙ̄ voluntas velit. In diuinis aūt nō eſt ſic:ſed totū oppoſitū. ⸿ Contra 2^m ſic. Q2 ad potētiā dei ordinatā ꝑtinent oīa:que cōtinentur in lege diuina:ſed multa ſunt in tali lege q̄ nō ſunt moralia:ſicut nō arabis in boue ꝛ aſino. Certū.n.eſt/ꝙ illđ nō eſt morale ꝙ̄tū eſt ex ꝑte obi:ꝛ tm̄ po^a ordinata erat reſpectu iſtius. ⸿ Contra 3^m. Nam in incarnatione vbi aliud eſt ꝙ deus alicui reuelet incarnationē ꝛ ꝙ diſſoluat:de po^a aūt ordinata non pōt diſſoluere:ꝛ tm̄ pōt de nouo reuelare de potētia ordinata. Hoc tm̄ nō obſtāte: nec vnū:nec aliud vnꝙ̄ faciet. ⸿ Contra 4^m. Q2 tunc deus nō poſſet diſpenſare ſuꝑ his que pertinēt ad legē diuinam:ſicut furtū eſt ꝯ legē legalem:ꝛ tm̄ in furto diſpenſauit in ſpoliatiōe egyptioꝝ. ⸿ Ideo vꝛ mihi dōm: ꝙ potentia abſoluta eſt diuina potētia executiua quātū ad oīa que ſunt in ea virtualr̄ cōtenta. Iſta tm̄ vt cōſequēs actū rōnis diuine ꝯn̄tis determinationē volūtatis:vt ſic ordinata eſt. ⸿ Ad declarationē aūt iſtius ponunꝛ q̄tuoꝛ ſigna. Primū eſt:in quo volūtas determiat ſe reſpectu oīum cōtingentiū que faciet. 2^m ſignuꝫ eſt in quo intellectus diuinus cognoſcit determinationem voluntatis intuitiue:qꝛ.ſ.ipſammet volūtatē cognoſcit intuitiue. 3^m eſt:in quo intellectus poſt determiationē voluntatis regulat potentiā executiuā:nō qꝛ ſic opꝫ facere:ſed qꝛ voluntas ſic ordinauit. 4^m eſt:in quo executiua ſequiꝛ dictamē intell̄s:qcqđ aūt potētia diuina executiua pōt ante illā regulam:dꝛ poſſe de potētia abſoluta:ſm̄ aūt ꝙ ſequiꝛ eam eſt potentia ordinata.

E

Uide ſco. ꝛ iſtū in mā de praxi ꝛ practica.

Deutero.22.

Uide ſco.10. di.4.q.8.ꝛ 20.di.3.ꝛ iſtū vbiqꝫ.

Exo.11.ꝛ.12.

F

Determi⁹ ꝓpria.

Potētia abſoluta ꝛ ordinata qđ: ꝛ qđ ſub executiua cōtinentur.

Sig^m 4^r nāc Ecce qđ q̄ris

Cū nō diuina volūtas:po^a tm̄ executiua regulari pōt: maxie reſpectū ꝯtingētiū qđ pondera.

G

2^9 arti. Utꝝ pōꝝ diſtictio in qb⁹ cōſiſtit?

Quantū ad 2^m.ſ.de diſtinctione iſtarū potētiaruꝫ pꝫ qđ dōm eſt. Nā ſic diſtinguunꝛ:ſicut illa que ſic ſe hn̄t ꝙ vnū oīno eſt p̄ter cōcernētiā quam dicit vnū reſpectu alicuius:quā nō dicit aliud:vt pꝫ de ſe. Ex hoc.n.ꝓbaꝛ diſtinctio intellect⁹ ꝛ volūtatis/eo ꝙ intellectus aliqua ītelligit que volūtas nō vult. Ita ꝛ ſimiliter ꝓbaꝛ diſtinctio iſtaꝝ potētiaꝝ:qꝛ abſoluta aliq̄ pōt que ordinata nō pōt. ⸿ Sed ꝯ h̓ inſtaꝛ 4^r. Primo ſic.qꝛ vꝛ ex hoc ꝙ nihil ſit deo poſſe de potētia ordinata niſi illud qđ eſt futuꝝ:ſola eniꝫ futura ſunt a diuina voluntate determinata:ſꝫ illa ꝑciſe nouit ītellectus diuinus eſſe determinata.ḡ po^a ordinata non poterit in aliud. ⸿ 2° ſic. Q2 illud qđ eſt neccīo malū/nō cadit ſub aliq̄ potētia que ſit in deo:ſed in ꝟtute dei cōtineꝛ ſaluatio reproboꝝ ꝛ dānatio ſaluandoꝝ:que neccīo ſunt mala.ḡ reſpectu iſtoꝝ nō eſt potētia abſoluta. ⸿ 3° ſic. Q2 ille potentie videnꝛ coincidere ſm̄ p̄dicta. Nā potētia abſoluta nihil oīno pōt niſi preuia determinatione volūtatis diuine:ꝛ per ꝯn̄s ſcia intellect⁹ diuini:ſed potētia executiua vt cōcernēs iſta eſt po^a ordinata.ḡ ſūt idem. ⸿ 4° ſic. Q2 oīa que deus nūꝙ̄ faciet:ſunt equalr̄ impoſſibilia ꝙ̄tū ad potētiā ordinatā:cū ſuꝑ nullo eorum cadat determinatio volūtatis diuine:nec ꝑ ꝯn̄s ſcia intellect⁹ diuini:ꝛ ſic eſſent equalr̄ īpoſſia. ⸿ Ad p^m diceret Plato:ſicut hꝛ in Timeo.ꝙ de⁹ nihil poſſet facere niſi que facit ſm̄ illā potētiā. Uñ dicit ibideꝫ:nihil eſt ortū cuius legitima cā nō p̄ceſſerit. Tm̄ pōt alr̄ dici ꝙ potētia ordinata pōt duplr̄ accipi. Uel que actualr̄ eſt ordinata:vel que aptitudinaliter vel poſſit eſſe ordinata. Lꝫ enim deus nō ordinauerit ꝙ reuelet mihi hodie incarnationem:tm̄ poſſet oppoſitum ordinare ꝺe potētia abſoluta.ergo deus de potentia abſoluta multa pōt que nō pōt de potentia ordinata actualiter:ſed tm̄ nihil pōt niſi qđ pōt de po^a ordinata vel actualiter vel aptitudinaliter. ⸿ Ad 2^m dico/ꝙ ſi deus illos effectus non

Obijcitur 4^r

H

Al.l.eſſent.

Rńo ꝑlonis.

Rńo ꝓpria. Pō ordiata dei pōt ꝯſiderari triplr̄. Al.l.ſeu poſſibiliter ordiata

I
poſſet:vtpote ſaluare reprobos ⁊ damnare electos:tūc
dicendū eſſet ꝙ tales effectus non ꝯtinent̃ virtual'r in
deo vel in diuina potētia plus q̄ȝ chimera.Sed ſi ꝯtinē
tur:neceſſe eſt dicere ꝙ de potētia abſoluta deus pōt.
Et ſi determinaret:tunc poſſet de po^a ordinata. ❡Ad
3^m dico/ꝙ potētia ordinata eſt p̄ciſe reſpectu illoꝝ que
volūtas diuina determinat actual'r:ſed reſpectu eoꝝ q̄
volūtas diuina determinat potētial'r eſt ipſa po^a abſo/
luta:ita ꝙ vtraqȝ ſeq̄t volūtatē.vna actual'r.alia potē/
tial'r.❡Ad 4^m dico/ꝙ forte volūtas diuina magis ſe
determinat ad vnū q̄ȝ ad aliud:vtpote ad ſaluandum
vniuerſuȝ magis q̄ȝ ad creationē vni⁹ muſce.⁊ rōne hu
ius maioris determinationis vnū pōt dici īpoſſibilius
alio.❡Sed hic ſunt aliq̄ dubia.Primuȝ eſt:ſi vtraqȝ
iſtaꝝ potētiaꝝ dicit potētiā executiuā penit⁹ īdiſtinctā/
quō p̄nt diſtingui:Pōt dici ꝙ po^a ordinata addit quā/
dā habitudinē determinatā ad potētiā abſolutā ab or/
dinata rōne diſtingui abſolutā ⁊ ad prudētiā.Et iō ſ̃m
illa diſtinguunt̃ ſicut ſubiectū ⁊ paſſio ſil' iuncta a ſubo
p̄ciſe ſumpto:q̄ cū determinatio volūtatis nihil reale
videat̃ ponere:hinc eſt ꝙ illa habitudo nō eſt realis.Et
ſic ſ̃m iſta dicit̃/ꝙ nō diſtinguunt̃ niſi rōne.❡2^m du^m
eſt.vtrū ſit in deo diſtinguere tertiā potētiam ab iſtis.
Poteſt dici ꝙ ſic:ſicut videmus ꝙ aliqua pōt de potē/
tia ordinata actuali determinatione habita:aliq̄ de po
tentia abſoluta.aliq̄ vō de po^a ordiabili.Tn̄ forte nihil
cōtinet̃ in po^a diuina virtual'r qn illud ſit ordinabile:⁊
ſic ſc̄da ⁊ nō vident̃ diſtingui:niſi dicat̃ ꝙ abſoluta po
tentia dicat̃ illa vt preſcindit ab ordinata:alia aūt 3^a di/
cat̃ abſoluta cū illa ordinante.❡3^m dubiuȝ:ſi poſſe de
potentia ordinata pōt eſſe īpoſſibile:⁊ poſſibile de po^a
abſoluta pōt eſſe impoſſe.❡De p̄mo dico ꝙ ſic.q̄ hoc
iō eſt poſſibile de potētia ordinata:q̄ ſic determinauit
volūtas.volūtas aūt poſſet oppoſitū determīare:⁊ tūc
nō erit amplius poſſibile de potentia ordinata.❡De
ſc̄do dico ꝙ nō.q̄ poſſibile de po^a abſoluta nō eſt aliō
niſi cōtinētia virtualis:⁊ habere vim ꝑductiuā illoꝝ q̄
ſunt oīno neceſſaria.❡4^m dubium eſt de eo qō dicit
Anſel.ꝙ minimū incōueniēs eſt deo īpoſſibile.❡Di/
co ꝙ hoc eſt veꝝ.q̄ nullū incōueniēs deus determīat:
imo eoipſo ꝙ determinat eſt cōueniens.Un̄ ſi aliquid
eſſet cui repugnaret determinari a deo ſine incōueniē/
te:illud eſſet cenſendū impoſſe.Un̄ qcqd pōt de poten/
tia ordinata/oē tale eſt cōueniens:⁊ de potētia ordina/
bili ſi deus ordinat fit cōueniēs.Et idē dico de potētia
abſoluta.❡Ad arg^m pȝ.

Reſolute h̄ ḃēs diſtōnem haꝝ potētiaꝝ

Quaꝝ vnum alio dr̄ īpoſſi/bili⁹:īpoſſibi/libus m̄.

D.q̄druplex

K

A.l.videt̃.

An ordinabi/lis ſit 3^a ponē/da a p̄fatis in diuīnis.

A.l.ordinata

Et ſi poſſe de po^a ordinata: nō tn̄ abſolu/ta diuī pōt in impoſſibile.

L

Q2 deo incō/ueniēs iudica/tur īpoſſe cen/ſeatur.

❡Queſtio.VII.

M

7.ci.c.30. Heſter.13.⁊ pſ̄.145.

SEptimo querit̃.Utrū deus ꝯcurrat
in oī effectu cāe ſc̄de efficiē
tis.Q2 nō.q̄ deus ſinit cauſata agere ſ̃ȝ ꝓ/
prios actus vel motus.ſ̃m Aug.❡Contra.
ſcribit̃ ꝙ deus fecit celum ⁊ terram:⁊ que
celi ambitu continentur.

Op̄.alioꝝ.

Hic omiſſis modis dicendi hereticoꝝ.volunt
dicere aliqui:ꝙ non vr̄ neceſſitas
ponendi ꝙ deus agat imediate ad quēlibet effectū:q̄
vbicūqȝ inueniunt̃ ſufficiētes cauſe reſpectu aliquorū
effectuū:nō opȝ ad alias cās recurrere:ſed in creaturis
inuenit̃ ſufficiēs cā multoꝝ effectuū cauſatoꝝ:ſic ignis
ſufficienter cōtinet caloreȝ:⁊ ſol ſuos effectus.ergo vr̄
ꝙ nō ſit nec̄iuȝ ponere ꝙ de⁹ agat imediate.❡Sȝ ꝯ
arguo duplici via.P̄rimo ꝑ rōnes ſumptas ex p̄te de/
pendentie.2^o ꝑ rōnes ex p̄te ꝯtingētie.Arguo ex p̄ma
via 4^r.P̄rio ſic.Ois effectus in vniuerſo depēdet eēn/
tial'r a p̄mo:illa aūt depēdentia nō ineſt eis niſi depen/
deant ⁊ in fieri ⁊ in eſſe:ſed nō dependent in fieri a deo
in genere cāe mālis:nec etiā formalis.ḡ efficientis ve

Impugn⁹ co/pioſa via du/plici.1.via.ſ. depēdētie ex q̄ arguit̃ 4^r.

finis:ſed illa cālitas reſpicit actualē exn̄tiā.ſeq̄t̃ ḡ ꝙ ſi
ipſe radius hȝ dependētiā eēntialē ad deum opȝ ꝙ de/
pēdeat ab eo in fieri ⁊ nō in eē tm̄.Tūc vltra.a quocū/
qȝ dependet res in fieri:ab illo cauſat̃:ſȝ a deo eſt oīs
effect⁹ in fieri.ḡ a deo cātur oīs effect⁹ effectiue.Q2 aūt
depēdeāt in fieri:pȝ de inſtātaneis in qb⁹ eſt ſil' fieri ⁊
factū eſſe:ſȝ in facto eſſe depēdent.ḡ ⁊ in fieri:cū īpoſſe
ſit ꝙ in eodē inſtanti dependeant ⁊ nō depēdeāt:in eo/
dē aūt eſt fieri ⁊ factū eſſe.❡2^o arguo ſic.Qn̄cūqȝ ali/
qd dependet a p̄ p̄ciſe:mediāte aliquo a quo īmediate
dependet:⁊ mediāte illa depēdētia depēdet a p̄mo:ceſ/
ſante depēdentia ad illud aliud/ceſſat depēdētia eius
ad p̄^m.Iſta eſt de ſe nō.Sȝ/ꝑ te,ignis cauſat⁹ nō depen
det a deo:niſi mediāte igne cānte a quo īmediate depē
det.ḡ ceſſante depēdētia ignis geniti ab igne generāte:
ceſſabit dependētia ignis geniti a deo.Cōſtat aūt/ꝑ te,
ꝙ ignis generās nō eſt cā ignis geniti:niſi in fieri.igit̃
ignis genit⁹ nō depēdet niſi in fieri.In tēpore ḡ ſequē/
te inſtans gnōnis a deo nō depēdebit:cū nō depēdeat
amplius ab alio igne.❡3^o ſic.Qn̄cūqȝ ſunt due depen
dentie:quaꝝ vna eſt cōtingēs/alia neceſſaria/illa non
p̄nt eſſe eadē depēdētia:cōtingēs.n.⁊ nec̄iuȝ neceſſario
arguūt diſtinctionē:ſed oīs depēdētia qua effect⁹ depē/
det a cā ſc̄da/eſt ꝯtingēs.Probo:q̄ effectus poſſet fieri
total'r a deo:⁊ tūc nō depēderet a cā ſc̄da:cōtingēter ḡ
depēdet ab ea.Cōſtat aūt ꝙ depēdet oīs effect⁹ a deo
nec̄io.ḡ diſtinguunt̃.❡Si dicas:cōcedo ꝙ depēdet:ſȝ
nō ſequitur.ḡ cauſat̃ ab eo.❡Iſtud nihil valet:q̄ oīs
depēdentia vr̄ ſufficienter reduci ad aliqō genus cāe.
Simil'r non reſtat via ꝓbandi aliqd eſſe cām alicuius:
ſi pōt depēdere ⁊ nō cāri.❡4^o arguo ſic.Ois creatu/
ra depēdet a deo:ſȝ non dr̄ creatura reſpectu creature/
eo ꝙ ab ipſa nō creat̃:ſed ſolum reſpectu dei.ḡ nec̄io
oīs creatura a deo efficienter depēdet:qō eſt ꝓpoſitū.
❡Cōfirmo ꝯnē iſtaꝝ rōnū dupl'r.Primo ſic.nullius
agētis actio eſt īdepēdētior ſuo p̄n^o elicitiuo vel actiuo:
ſed oē ꝓductiuū creatū hȝ depēdēter eſſe.ḡ ⁊ agere hȝ
depēdenter:ſed nō ageret depēdēter niſi p̄^m ꝯcurreret
ad agere eius:⁊ ꝑ ꝯn̄s termin⁹ actionis erit a p̄mo īme/
diate:qō eſt ꝓpoſitū.❡P̄.Nulla res eſt in vniuerſo q̄
a deo nō depēdeat.ergo agere agētis creati depēdet a
deo.❡Cōfirmat̃ 2^o ſic.Qn̄cūqȝ aliq̄ dependentia eſt
idē real'r fundamēto:ꝑ quocūqȝ inſtāti durationis eſt
fundamētū:illa depēdentia ſibi ineſt:ſȝ depēdētia crea
ture ad deū:vt oſtendet̃ in ſc̄do:eſt idē real'r ipſi crea/
ture.ḡ ꝑ quocūqȝ inſtāti eſt creatura/ꝑ eodeȝ eſt ipſa
depēdētia:ſed in inſtāti quo fit creatura eſt creatura.ḡ
in eodē iſtāti q̄ fit creatura ipſa depēdet a deo.Maior
eſt nō.alioqn poſſet ſepari.❡Ex 2^a via arguo 4^r.Pri/
mo ſic.Qn̄cūqȝ alique cāe mere nec̄io cānt aliquē effe
ctū:ſi nulla ꝯtingēs ꝯcurrit mere neceſſario ꝓducunt:⁊
effectus in eſſe mere neceſſario ꝓducitur:ſed oēs effe/
ctus in vniuerſo cōtingēter cauſantur:q̄ deo ꝓhibēte
quecūqȝ poſſunt nō cauſari.ergo neceſſario aliqō p̄n^m
cōtingēs ꝯcurrit:q̄ da oppoſitū:habitis omnibus que
requirunt̃ ad agendū:⁊ paſſiuo preſente:neceſſario po/
neret̃ effectus.Nunc autē:vt patet euidenter:nō neceſ/
ſario ponitur.❡2^o ſic.In camino ignis erat agēs ⁊ paſ
ſum diſpoſitū:deus tamen impediuit.Certum eſt autē
ꝙ nō impediuit aliqd influēdo:q̄ vel illud fuiſſet cor/
porale:⁊ tunc illud nō prehabuiſſet.Aut ſpirituale:⁊ il/
lud imprimi nō poterat.ergo impediuit aliquid ſubtra
hendo:non approximationeȝ cauſaꝝ:nec paſſiuuȝ de/
bitum:nec p̄ncipiū ꝓductiuū:vt pȝ.ergo ſolū ſubtrahē/
do diuinū velle:qō opȝ cōcurrere:q̄ ipſo nō ꝯcurrēte
res nō fieret.❡Confirmat̃:q̄ per quācūqȝ viam pōt

N

Depēdētiam arguere cāli/tateȝ oñdit ꝑ totū efficaci/ter.

Maxima no/tabilis.

O

A.l.aliter.

P

Q

2^a via q̄ eſt cō/tingētie ex q̄ arguit̃ 4^r.

Danielis.3.

A.l.ꝓhibuiſ/ſet.

A

pbari cãlitas alicuius cauſe. põt pbari cãlitas velle diuini reſpectu oĩuz effectuũ. Poſito. n. velle diuo ponit̃ res. Si aũt abſtrahat̃ velle diuinũ: quocũqʒ alio poſito vel remoto nõ ponit̃ res. ergo vr̃ ꝙ cõcurrit vt cã: nec aliquã viã euidẽtẽ magis habemus q̃ꝫ iſta ſit. ¶ 3° ſic. Nã de⁹ nullã notitiã hʒ de futuro ɔtingẽte: niſi per determinationẽ volũtatis: cũ oĩa alia ſint vere ⁊ mere neceſſario ⁊ vniformiter ſe hñtia. Si aũt voluntas eius imediate nõ cãret illa ɔtingẽtia: ipſa certitudinalr̃ non cognoſceret: cũ talis effect⁹ imediate a determinatione volũtatis ſue nõ depẽderet. Jſta tñ rõ euidẽtiã maiorẽ hʒ de effectib⁹ q ſunt ɔtingẽtes per volũtatẽ noſtrã cõcurrẽtez. ¶ 4° ſic. Deus vult imediate p̃m ſicut ſcõm: ſed ex eo ꝙ vult p̃m cauſat ipſuz. igit̃ ex eo ꝙ vult ſcõm cauſat ipſum imediate. ¶ Cõfirmatur: q2 cã primaria plus influit in cauſatũ q̃ꝫ ſcõaria. Hoc pʒ ⁊ ab oĩbus cõceditr̃: ſed ſi de⁹ nõ cauſaret niſi mediãtibus cauſis ſecundis ad effectus eaꝝ: tũc nõ plus influeret: q2 nõ niſi eadẽ influentia ĩflueret qua influũt ſcõe cauſe. igit̃ de⁹ imediate influit: ⁊ p ɔñs cauſat in oẽs effectus. Influere. n. nihil aliud eſt niſi dare eſſe: ⁊ hoc eſt cãre. Jõ dico ꝙ deus imediate ɔcurrit ad oẽs. ¶ Sed ɔ inſtat̃ 4r. Primo ſic. pma cã prius cauſat q̃ꝫ ſcõa cã: ſicut magis. ergo cauſatũ eſt pus cauſatũ a pma cã q̃ꝫ ſcõa ipʒ cãet: ſʒ hoc poſito 2ª nihil cauſat: q2 ipʒ qõ cauſatũ eſt cauſare nihil eſt cauſare. ¶ 2° ſic. Q2 aut pª cã cauſat totalr̃ effectũ: aut partialr̃. Si totalr̃. g̊ ſcõa cã nihil faciet. Si partialr̃: tũc erit iperfectio in deo: nec poterim⁹ ex pfectione effect⁹ cauſati inueſtigare pfectionẽ cãe: q2 q̃ꝫtũcũqʒ pfectus effectus põt ptialr̃ pduci a quacũqʒ imperfecta cã. ¶ 3° ſic. Q2 ſequit̃ ꝙ diuina volũtas gnãbit. A quocũqʒ eniʒ aliqua actio eſt: illud agit ſm illam actionẽ: ſed oĩs actio ſcõe cãe ponit̃ in ſcõa cã a pma. g̊ pma generabit. ¶ 4° ſic. Q2 vr̃ hoc iperfectionis in pª cã ꝙ ſit cã partialis: eſſe eniʒ ptẽ arguit iperfectionẽ: ⁊ per ɔñs eſſe cãm partialẽ. ¶ Ad p̃m dico ꝙ lʒ vn⁹ effectus pus cauſat⁹ poſtea nõ poſſit cauſari in ordĩe ſignorũ ſucceſſiuoꝝ: tñ in ordine ſignoꝝ permanẽtiũ: cuiuſmodi ſunt ſigna nãe vel originis vel pfectionis non eſt incõueniens. Naʒ creatura pus origine eſt a patre q̃ꝫ a filio: ⁊ tñ fili⁹ eandẽ pducit in 2° ſigno. Silr̃ pater pus pfectione pducit filiũ q̃ꝫ mater: ⁊ tñ hoc nõ obſtãte in ſcõo ſigno pfectionis mater ẽt pducit. Et iõ q̃ꝫtũcũqʒ in alio ⁊ in alio ſigno nãe ⁊ pori deus cauſet creaturã q̃ꝫ creatura que eſt cã ſcõa: tñ q2 oĩa illa ſigna ſil' ſũt quãtũ ad ſimultatẽ durationis: poterũt ɔcurrere cãe diuerſe ordinate ſm diuerſa ſigna nature. ¶ Et ſi dicas ꝙ illud qõ iã pductũ eſt: nõ põt amplius pduci. ¶ Dico ꝙ verũ eſt. ſi pductio in preteritũz ptranſiſſet: ſicut eſt in ſignis ſucceſſiuis: ſʒ hic in ſigno pmanẽti cauſa vniuerſalis pducit effectũ: deinde in alio ſigno cauſa pticularis: ⁊ ideo pductio nõ trãſit in pteritum. ¶ Ad 2m dico ꝙ pma cauſa nõ eſt inſufficiens: q2 poſſet totũ pducere: ſed tñ moderat̃ actionẽ ſuã ne auferat a cauſa ſcõa ſuã actiuitatem. ¶ Et qñ dicit̃ ꝙ perit oĩs via inueſtigandi nobilitatẽ cauſe ex effectib⁹. ¶ Dico ꝙ cãe naturales ſunt totales in ſuo ordĩe: iſta tñ cauſalitas eſt tranſcendẽs: cauſa aũt totalis eſt equiuoca. preſuppoſita tñ generali influentia eſt perfectior ſuo effectu: ita ꝙ eque nobilitas in cauſa arguit̃: preſuppoſita generali influentia: ac ſi nõ preſupponeret̃. ¶ Ad 3m dico ꝙ effectus dr̃ generari reſpectu vnius cauſe: que pprie eſt generatiua: ſed tñ reſpectu cauſe vl'is magis dr̃ cauſari q̃ꝫ generari. ¶ Et quando dicit̃ ꝙ deus concurrit ad actionẽ cauſe ſcõe. veꝝ eſt: ſed nõ tali modo. ꝙ. ſ. agat per illam: ſed q2 actione diuina cõcurrente illa perficit effectum in genere ſuo. ¶ Et cũ dicit̃. ꝙ actio agẽtis ſcõi eſt a deo. verum eſt: ſed nõ tamen ſicut ab agẽte p eam: ſed ſicut ab vniuerſaliori cauſante ipſam. Et ſilr̃ paſſio que opponitur illi actioni eſt a deo: ſed tamẽ nõ reſpectu ſuipſius. ¶ Ad 4m patet per illud qõ dictuz eſt ad 2m: eſſe enim partẽ non eſt ex inſufficientia: ſʒ ex voluntate. ſ. volentis: ꝙ aliud ſecũ coagat: ⁊ hoc nõ eſt impfectionis. ¶ Sed hic remanet diffic. de concurſu voluntatis diuine cũ voluntate noſtra. Nam ſuppoſito tali cõcurſu: aut voluntas põt ſuſpẽdere actum ſuum: ⁊ tunc voluntas diuina nihil faceret. Aut volũtas noſtra nõ põt ſuſpẽdere: ⁊ tũc videt̃ auferri libertas a voluntate noſtra. ¶ Dico ꝙ aſſiſtente volũtate diuina volũtati noſtre ad cauſandũ: ⁊ talr̃ ꝙ actualr̃ nõ p̃cauſet: voluntas põt nõ cauſare: aſſiſtẽte tñ ſoli illo modo ſol nõ põt exire in actum. actualiter v̉o cõcauſante voluntate diuina voluntas noſtra nõ põt non cauſare: ſicut in cõtingẽtibus: omne qõ eſt: quãdo eſt neceſſe eſt eſſe. Voluntas aũt noſtra iam intelligitur cauſare actũ. g̊ vt ſic nõ põt nõ cauſare. Si aũt preſcindat̃ illud ſignuz nãe in quo voluntas diuina precauſat. Tunc dicẽdum eſt ꝙ voluntas noſtra pro illo ſigno nõ hʒ actum in poteſtate ſua. ſ. ꝙ poterit agere ⁊ nõ agere: q2 pro tali ſigno nõ conuenit ſibi agere: tunc enim eſſet cã vl'is. ¶ Alia difficul'. Vtꝝ deus cõcurrat ad oẽs actus elicitos ⁊ iperatos: q2 ſi ſic: tunc videt̃ ꝙ deus ſit cã peccati: q2 tales actus a voluntate habẽt eſſe. ¶ Dicunt aliqui. ꝙ deus cõcurrit ad ſubſtratũ ⁊ poſitiuuʒ actus: nõ tñ ad deformitatẽ ipm cõſequẽtẽ. ¶ Sed iſtud non ſufficit. Nam a quocũqʒ eſt ſubiectũ ab eo eſt paſſio neceſſario cõſequens ipſuʒ ſubiectũ ⁊ per ſe. mõ ita eſt ꝙ aliqui actus ſunt tales: ꝙ ex eoꝝ rõne formali põt deformitas ⁊ malitia de eis demõſtrari: nec valet inſtare ad maiorem. Naʒ ſicut deus cauſat celũ: ita ſequit̃ neceſſario ꝙ cauſet mobilitatem ſiue incorruptibilitatem: alioqñ poſſet ſubiectũ per ſe cauſari ſine ppria paſſione. De hoc al's. Nõ. n. videt̃ incõueniẽs ꝙ deus ſit vl'is cã peccati: ⁊ tñ ꝙ nõ peccet. ¶ Ad argm pʒ.

D. duplex.

Notabile qõ vbiqʒ q̃ris de ɔcurſu volũtatis diuine ⁊ create ɔtingẽtia ⁊ neceſſitate cãlitatis.

F

1. ꝑhiermenias ad finem.

1. ppõne auc. de cauſis.

B

Influere qd?

Cõclo rñſua

Obijcit nõni

C

Hic reſolute habes quedã effectũ ordiate a diuerſis pduci poſſe.

Signã dupr̃.

D

Sco. l. 2. ⁊ alibi.

Inſtãtia notabilis.

G

Hic ɔñr poſt ſcotũ hic. Quere in. 2. ⁊ alibi.

## ¶ Qõ. VIII.

OCtauo querit̃. Vtruʒ deus poſſit ſupplere vicem cuiuſcunqʒ cauſe ſcõe efficientis. cauſando totalr̃ illũ effectũ. Q2 nõ. q2 deus actũ mentiendi põt cauſare mediãte cã ſcõa: cũ cõcurrat cum ipſa: ⁊ tñ imediate per ſe mentiri nõ põt. Unde Numeri. 23. nõ eſt deus quaſi homo vt mentiatur. ¶ Cõtra Job. 42. Scio domine (inquit Job) ꝙ oĩa potes. ergo ⁊c.

Hic eſt cõmunis ſnĩa oĩuz doc. ꝙ qcqd põt deus facere mediante cã ſcõa in genere cauſe efficientis poteſt imediate per ſe: q2 eſt cauſa pma ⁊ perfectiſſima. ¶ Sed tamẽ iſta regula declarat̃ 4r. Primo ſic. qcqd cõtinet cõtinẽs cõtinet ⁊ contẽtũ: ſed deus cõtinet virtualr̃ oẽm cãm ſecũdam. g̊ cõtinet oẽm effectũ in ea cõtentuʒ: ſed oẽ cõtinens aliqd virtualr̃. põt illud cauſare. g̊ deus põt illõ cauſare. ¶ 2° ſic. Oẽ illud qõ nullã iperfectionẽ dicit: põt deo attribui: ſed cauſalitas effectiua nullaʒ imperfectionem dicit nec ponit in creatura. ergo põt deo attribui. ¶ 3° ſic. Nam ſi deo repugnaret cauſalitas totalis reſpectu oĩum effectuum: hoc potiſſime eſſet in effectibus infimis: reſpectu quorũ nõ videt̃ eſſe magne nobilitatis cauſatio: ⁊ tñ hoc nõ obſtãte in entibus imperfectiſſimis: qualis eſt pma mã. deus eſt totalis cã. g̊ ⁊c. ¶ 4° ſic. Nam ſi totalis cauſatio alicuius effectus eẽt imperfectionis: multo magis partialis cauſatio eſſet imperfectionis: quia reſpectu eiuſdem totale eſt melius q̃ꝫ partiale. cum ergo deus partialr̃ cauſet omnem

Regula credita.

H

Vide ſcotuz. 2. q. q̃libeti. ⁊ vbi ibi notaui.

Declaratio regule 4r.

I
Obijcitur 4ᵒʳ effectum vt patuit.ģ ⁊c.¶ Sed ꝯtra hāc regulā inſtaẗ
quadruplr̃.Primo ſic.qꝛ ſimilitudo dependet a termino
eſſentialr̃.Coſtat aūt ꝙ illa dependētia nō eſt ad cām
intrinſecā.ģ ad extrinſecā.nō vž aūt niſi effectiua:⁊ tñ
deus nō pōt facere reſpectū ſine termino.¶ 2ᵒ ſic.Nā
deus actū liberꝝ pōt cāre mediāte voluntate:⁊ tñ ſine
volūtate īpoſſe eſt:qꝛ ſi eū ſine volūtate cauſaret:iā nō
eſſet liber.¶ 3ᵒ ſic.Qꝛ mediāte obiecto pōt cāre noti/
tiā ītuitiuā de obō:⁊ tñ ſine eo nō pōt.nā tunc videreẗ
qđ nō eſt:qđ tñ eſt īpoſſe.¶ 4ᵒ ſic.Qꝛ mediāte cā ſcđa
M.l.h ꝯfirma tur. deᵒ pōt facere ꝙ effectᵒ cauſe nālis ſit effectᵒ nālis:⁊ tñ
ſine cā ſcđa h nō pōt.¶ Hec aūt ꝯfirmanẗ q̃druplici
exēplo.Primo:qꝛ mediāte ſole cāt radiū.ille aūt reſpe/
ctᵒ quo radiᵒ depēdet a ſole eſt generari eiᵒ.ſi ģ regula
eſt vā:ſicut hꝫ gnāri mediāte ſole:ita ſine ſole.¶ 2ᵒ.qꝛ
K deᵒ mediāte Adā fecit Cayn filiū ſuū.ģ ſine Adā potuiſ
ſet fieri cayn filiᵒ:Tūc quero cuius.nō dei nec Ade:qꝛ
M.l.cōfirma/ tur quia. nō erat.nec Abel.ergo nulliᵒ:⁊ ꝑ ꝯñs nō eēt filiᵒ:qꝛ ali/
cuiᵒ fuiſſet.¶ 3ᵒ.qꝛ deᵒ vž mediāte ſole ꝓducere radiū
gnātū.ģ ſi ſine ſole poterit:tūc q̃ro a quo erit gnātᵒ.nō
M.l.3ᵒ qꝛ ⁊ 4ᵐ ponit.ſ. eodē mō ⁊c. a dō:qꝛ deᵒ nihil gnāt ad ex̃.nec ab aliq̃ alio:vt pꝫ.ģ ⁊c.
¶ 4ᵒ.qꝛ lꝫ deᵒ actū ītelligēdi poſſit cāre ſine quocūqꝫ
alio:nō tñ vbū:⁊ tñ mediāte memoria eū pt cāre.ģ ⁊c.
Eodē mō arguiẗ de amore ſpirato ſicut de vbo.¶ Ad
pᵐ dico/ꝙ ſi depēdentia illa q̃ dependet relō a termio
eſt effectiua ſic oēs rōnes ille ꝯuincūt:ſuppoſito ꝙ relō
Limitatio re gule. ſine termino eē nō poſſit:nec ēt ītelligi:iō regla iſta vlr
ſolū eſt ponenda in abſolutis ⁊ in relatiuis extrinſecis.
¶ Ad 2ᵐ dico/ꝙ actᵒ nō eſt liber niſi in hitudīe ad po
AD/ tentiā liberā a q̃ eliciẗ:⁊ iō eſt in actu libertas reſpectu
volūtatis:⁊ h nō eſt niſi ipꝫ eſſe cauſatū ꝯtingenter ab
ea:⁊ tūc regula nō hꝫ locū.¶ Ad 3ᵐ ꝙ intuitiua notitia
L īcludit aliq̃ mō habitudinē ad obm vt exn̄s eſt.¶ Ad
4ᵐ ꝙ oīa illa ſunt relatiua.¶ Ad rōnes in pnᵒ dī ꝙ ſi
cāret totalr̃ deus actū mētiendi/ipſe nō mētireẗ:ſed il/
DITIO le in quo eēt ſimplr̃ formalr̃ iſte actᵒ:ſicut ſi cāret actū
intelligēdi:ipſe illo actu nō intelligereẗ.Eodem mō de
Dubium. oībus rōnibus dicendū eſt:ſicut de pma.¶ Sꝫ tūc eſt
dubiū:qꝛ oēs ille rōnes īducte ad ꝓbādū ꝙ deᵒ pōt ꝑ ſe
qcq̇d pōt mediāte cā ſcđa:ita ꝯcludūt de relatiuis ſicut
de abſolutis.Pꝫ de pma:qꝛ ita īcludit vtualr̃ ⁊ cōtinet
relonē:ſicut abſoᵐ.Silr̃ ſcđa.qꝛ poſſe ꝓducere relonē
nullā īperfectionē īcludit.Silr̃ 3ᵃ de īfinitate entiū.po
ſito ꝙ aliq̃ relatio ſit nobiliᵒ ens q̄ aliqđ abſolutū.Si/
milr̃ 4ᵃ de ꝑtiali cauſalitate.¶ His tñ nō obſtātibus
dico ⁊ credo ꝙ illa regula q̃ eſt cōiter a theologis con/
ceſſa/eſt vera in abſolutis:⁊ tñ nō in relatiuis.¶ Qñ
dī ꝙ rōnes ꝯcludūt de relatiuis ſic de abſolutis.¶ Di
M co ꝙ nō ꝑꝑ illas rōnes nec ꝑꝑ aliq̃ q̃ mihi occurrūt:te/
neo de abſolutis ⁊ nō de relatiuis ꝙ regla ſit vā:ſed ſo/
lū teneo ꝙ de abſolutis nulla euidēs repugnātia appet
vel occurrit quare nō.In relatiuis aūt appet īpoſſe ꝑꝑ
rōnes factas.¶ Ad rōnes q̃ ꝯcludūt ꝓ relatiuis.¶ Ad
pmā dico/ꝙ ꝯtinet vtualr̃ relationem ſuo ordine ⁊ ſuo
modo ꝓducibilitatis.nō aūt illo mō quo ſibi repugnat
cāri.¶ Ad 2ᵐ dico/ꝙ cāre relonē totalr̃ neceo īcludit
Ecce qđ q̃ris ⁊ tāge plura ꝯſir. terminare eaꝫ.⁊ terminare illā eſt īperfectiōis:hinc eſt
ꝙ deᵒ nō pōt eā cāre totalr̃ qꝛ h eſt īperfectionis.Silr̃
poſſet dici ad alias rōnes.¶ Ad argᵐ pꝫ. ¶ Qō.IX.

Nono quero vtrum in ſpēbᵒ vniuerſi ſit
ꝓceſſus in infinituꝫ.Qꝛ nō.qꝛ oīs
creatura de nā ſua eſt limitata ⁊ finita.ģ ⁊c.
¶ Cōtra.deus eſt infinite potētie.ģ per ter
minū finitū nō adequaẗ ſua poᵃ.¶ Hic ſūt
q̃tuor ingrēda ſꝫ ꝙ ſit q̃druplex ꝓceſſus in īfinitū.ſ.
in ſurſuꝫ:in deorſuꝫ:in mediū:⁊ in latus aſſumēdo.In/
quirēdū eſt ergo Primo.vtrū in ſpēbᵒ vniuerſi ſit ꝓceſ/ N
ſus in infinitū in ſurſuꝫ aſcendēdo. 2ᵒ ſi in deorſuꝫ de/
ſcēdēdo. 3ᵒ ſi ī meᵒ ꝯdeſcēdēdo. 4ᵒ ſi ī latᵒ aſſumēdo.

Quantū ad pᵐ introducunẗ q̃tuor vie ad decla/ M.l.ꝯdeſſādo pmus articu.
rādū iſtū ꝓceſſuꝫ in infinitū.¶ Prima
eſt in numeris.quorꝝ ſpēs ꝑ appōnē vnitatū in īfinituꝫ
ꝓcedūt.poſterior.n.ſemꝑ addit vnitatē ad pore.¶ 2ᵃ
via eſt.in q̄titate ꝯtinua:bicubitū ⁊ tricubituꝫ ſpē vnr̃ Proceſſuꝫ i if.ᵐ eē i ſpēbᵒ
differre.Hoc ꝓbaẗ:qꝛ eq̃lia ſunt vnuꝫ in q̄titate:ſicut vniuerſum ſi
ſilr̃ia ſunt vnū in q̃litate:ſed diſſimilia eſſe nō pñt:niſi in ſurſuꝫ aſcē
inter q̃litates alteriᵒ ⁊ alteriᵒ ſpēi.Coſtat aūt ꝙ in tali/ dendo oñdit
bus eſt ꝓceſſus in infinitū.ģ in ſpēbus q̄titatis ꝯtinue exēplo ⁊ rōne
erit ꝓceſſus in infinitū.¶ 3ᵃ via ſumiẗ ex ꝓceſſu figu/ q̃druplici.
rarū:nā figure mutāt ſpēm ꝑ appōnē vnius anguli:ſic
pꝫ de triangulo ⁊ q̃drāgulo ⁊ alijs figuris:ſed talis ap/
poſitio pōt ꝓcedere in īfinituꝫ.¶ 4ᵃ via:que ſatis eſt
difficilis:fundaẗ in actibᵒ intelligendi reflexis ipſiᵒ in/
tellectus ⁊ in actibᵒ volūtatis.in qbᵒ ſm Aug.eſt ꝓceſ O
ſus in infinitū.¶ Ex hoc arguiẗ ſic.Accipio aliqđ obꝫ
ignobilius ſua ītellectione:vtpote albedinē intellectio
albedinis eſt nobilior albedie:⁊ alteriᵒ ſpēi ab ea.ergo
ſcđa ītellectio albedinis eſt nobilior pma.qꝛ nobilioris
obiecti eſt nobilior ītellectio:⁊ ſic ſcđa differt ſpē a pᵃ.
Eodē mō de 3ᵃ.⁊ ſic erit ꝓceſſus in infinituꝫ.¶ Iſtud
ꝯfirmaẗ q̃druplici rōne.Primo ſic.qcq̇d nō repugnat 10.tri.c.10.⁊
creature/pōt ſibi cōicari.Hoc pꝫ.qꝛ ex quo nō ponitur 15.tri.c.12.⁊
extra terminos creature:nulla vž repugnātia:ſed hꝫ ꝓ/ alibi quere.
ceſſus nō repugnat creature:qꝛ ſemꝑ ꝓcedēdo quelꝫ
poſita erit finita.ergo ⁊c.¶ 2ᵒ ſic.Ultra oēꝫ creaturaꝫ
ꝓductā in eſſe/deᵒ hꝫ vim ꝓductiuā excedētē:qꝛ infi/
nitā hꝫ.⁊ creatura quelꝫ eſt finita:ſed oī vtuti ꝓductiue
corrñdet aliqđ ꝓducibile.ģ vltra oēm creaturā datam
ſemꝑ erit creatura ꝓducibilis.¶ 3ᵒ ſic.Omni vtuti ꝓ/
ductiue erit dare terminū adequatū:ſed deᵒ hꝫ ꝓducti P
uā vtutē infinitā.ģ ⁊c.ſed vtutis ꝓductiue infinite nul/
lū finitū eſt terminus adeq̃tus.ergo infinitᵒ.¶ 4ᵒ ſic.
Nā tanta eſt virtᵒ creatiua in deo:ſicut gnātiua:⁊ eque
infinita ⁊ eq̃lis ꝑfectionis.ſed vtus gnātiua ex ſua infi/
nitate pōt hr̃e infinitū ꝓductū:vtpote filiū.ģ eodē mō
vtus creatiua poterit.¶ Sed iſtud īpugnaẗ 4ᵒʳ.Primo
logice ſic.Impoſſibile eſt aliquā ſpēm hr̃e infinitas dif Impugnᵒ 4ᵒʳ Logice.
ferētias ꝯſtitutiuas:ſed ſi eēt ꝓceſſus in infinitū in ſpe/
ciebus aliq̃ ſpēs hr̃et infinitas dr̃ias cōſtitutiuas.ģ ⁊c.
Probatio minoris.oē genus diuidiẗ per dr̃ias oppoſi/
tas īmediatas tm̄.ſ.poſitiuā ⁊ ꝑuatiuam:ita ꝙ īpoſſe eſt
genus īmediate per plures diuidi:ſed ſi eſſent infinite
ſpēs oporteret ꝙ eſſent infinite dr̃ie.⁊ ſic ꝑ ꝯñs infinite
diuiſiones:ſed ille diuiſiones neceſſario eēnt diuiſorꝫ
ſubalternatim poſitorꝝ.ģ ſpēs infima hr̃et ſupra ſe infi/ Q
nita gnā:⁊ ꝑ ꝯñs infinitas dr̃ias includeret.¶ Hec rō Euaſio nota bilis.
neceo ⁊ euidēter demōſtraret.ſi cōcedereẗ ꝙ neceo ge/ Notabile de
nus diuidereẗ in duas dr̃ias oppoſitas:ſed tñ hoc non diuiſiōe gnīs
eſt euidēter notuꝫ.Lꝫ.n.per duas fiat cōiter diuiſio:tñ ꝑ dr̃ias ⁊ eaꝝ
dicereẗ ꝙ per vnā illarꝝ multe alie circūloquunẗ.Uñ numero.
quādo dicimus/ꝙ genus diuidiẗ per poſitiuuꝫ ⁊ ꝑua/
tiuum:ſicut animal per rōnale ⁊ irrationale/nō eſt ima
ginandū ꝙ irrationale ſit vnica dr̃ia que vlterius diui/
daẗ in alias duas:qꝛ cum ſint plus q̄ mille ſpecies aīa/
liū irrationaliū eſſet deuenire ad illā ſpēm que cōſtitue
reẗ per quingētas dr̃ias:lꝫ potius eſt imaginādū ꝙ per
irrōnale circūloqmur oēs dr̃ias que nō ſunt ꝯſtitutiue
ſpēi rōnalis:ita ꝙ illa rō nō euidēter ꝯcludit īpoſſibili/
tatē concluſionis.¶ 2ᵒ ꝓbaẗ impoſſibilitas iſtius con/ Phyſice.
cluſiōis via nāli ſic.ꝓceſſus ad ſpēꝫ eſt ꝓceſſus ad ꝑfe
ctū ⁊ ad totū.īfinitū aūt vt ſic/nec pōt eſſe totū:qꝛ īfini/
to repugnat totalitas.ģ ⁊c.¶ Sed nec iſte ꝓceſſus de/ Euaſio.

A

Totū ꝛ pfectū duplex.

Metaphice.

2. meta. c. 12.

10. c. 12. meta

Euaſio.

De ordīe vniuerſi.

Nota ſingulariſſime.

Theologice.

B

Euaſio.

Rōnes alioꝝ ad ꝯcluſionem pncipalem.

Proſolo. 2.

Euaſio.

Infinitas 2ˣ.

C

Euaſiões ad ex.ᵃ pncipalia ꝛ rōnes p ꝯcluſiõe affirmatiua huius arti.

Ecce qᵭ q̄ris A. l. vt.

A. l. ea.

Act⁹ nō tātū diſtiguit q̄ᵐ obiecta.

A. l. īfinitas.

D

Exceſſus virtutis 2ˣ.

Adeq̄tio 2ˣ.

Quare virtuti gñatiue correſpondet termin⁹ īfinit⁹ in diuinis: creatiue vo finitus?

Dubium.

Ecce qᵭ q̄ris

monſtrat: q2 ꝯſtat ꝙ vniuerſum ponit̄ perfectius ſi in infinitū ꝓcedat q̄ʒ ſi in aliquo determinato ſtet. Uñ lʒ in limitatis totū ꝛ pfectū ſint idē: q2 ibi nō eſt cōpleta pfectio: tñ in illimitatis pfectis repugnat totalitas for̄alis: ſʒ nō v̄tualis. ℂ 3° arguo metaphyſice ſic. In eēntialiter ordinatis eſt deuenire ad aliqᵭ pᵐ: ſʒ in pfectionibus ſpecificis eſt ordo eēntialis. g̊ ꝛc̄. Silr̄ oēs ſpēs alicui⁹ generis vident̄ hr̄e ordinē ad vnā illi⁹: ſicut exercitus ad ducē. ℂ Sʒ iſtᵭ nō demr̄at: q2 pōt eē ordo eēntialis ſm ꝙ dicerēt aliq̄ iter duas ſpēs: nō cōparādo eas ad aliqᵭ pᵐ aliud ab eis. Silr̄ dico. ꝙ ſi eēnt infinite ſpēs: nō pp̄ ħ remouet̄ ordo eēntialis ad pᵐ niſi ad pᵐ illius ordis: ſʒ ad pᵐ extrinſecū ꝛ alteri⁹ ordīs nō remouet̄. Nō eni ordināt̄ ad deū ſpēs vniuerſi vna alia mediāte: ſʒ q̄lʒ īmediate. ℂ 4° arguit̄ theologice ſic. Cū eni de⁹ ītelligat oīa q̄ pōt facē: ſi poſſʒ in īfinitū cāre ſpēs: ītelligeret oēs ſpēs ſil: ꝛ p ꝯñs ītelligeret vnam ſpēm infinite pfectionis vidēdo īfinitos gradus ſupra q̄cūq3 ſignatā. ℂ Sʒ nec illud euidēter ꝓbat intentū: q2 certū eſt ꝙ de⁹ īfinitos numeros cognoſcit: nec tñ aliquē infinitū: tūc eni eēt ibi ſtat⁹: ꝛ ſubtracta vnitate ab illo: eſſet finitus: q̄ ſunt incōueniētia. Silr̄ diceretur de ſpēb⁹. ℂ Aliqui aūt volūt iſtā ꝯnē demr̄are ex diuiſione entis p finitū ꝛ infinitū: ſolus de⁹ cadit ſub altero. ſ. ſub infinito. g̊ ſolus de⁹ eſt infinit⁹. ℂ Sʒ ħ nō demonſtrāt: q2 nō eſt euidens ꝙ infinitas repugnet creature. ℂ Aliȷ arguūt hoc ex ordine eminētie. Aliȷ vo ſicut fr̄ Joānes arguūt ex ordine depēdētie. Aliȷ ex rōne īfiniti: q2 eſt illud quo magis cogitari nō pt̄: ꝛ nō ꝯuenit niſi ſoli deo ſm Anſ. ℂ Sʒ nec iſte vie euidēter ꝯcludunt maxīe vltima: q2 facta diſtōne de īfinitate ſm qd: q̄ eſt in gñe: ſicut infinita albedo ꝛc̄. ꝛ de infinitate ſimplr̄ q̄ eſt ex̄ genus: q̄ eſt trāſcēdēs. hʒ ꝙ illa rō nō conuincit. ℂ Ad exēpla āt qb⁹ ꝓpoſitū alteri⁹ opīonis declarat̄. dr̄ ꝙ in numeris ꝛ in ſpēb⁹ q̄titatis ꝛ ꝯtinue ꝛ in figuris nulla ē pfectio: nō eni talia dicūt ſimplr̄ pfectionē. Et iō nō eſt ibi ꝓceſſus in ſurſū: ſicut ipſi dicūt. ℂ Alr̄ dicūt aliq̄ ꝙ ſpēs numeroꝝ nō vadunt in īfiᵐ: q2 numeri nō diſtinguunt̄ ſpē: nec bicubitū ꝛ tricubitū. ℂ Sʒ ħ eſſet multū graūe ad ſuſtinēdū: cū oēs cōcedāt diſtōnē ſpecificā iter eos. ℂ Ad illud de actu intelligēdi. eſt diffi. Dicit̄ tñ ꝙ nō eſſet tāta diſtō actuū: ſicut ponitur obiectoꝝ: alias differrēt genē: ſic obiecta: q̄ aliqñ differūt gñe. Nō vʒ g̊ eē incōueniēs: ꝙ aliq̄ differentia ſit iter eiuſdē ſpēi act⁹ pp̄ quā vn⁹ ſit iſti⁹ obi: ꝛ ali⁹ alteri⁹. ℂ Sʒ tūc opʒ rñdere ad rōnes. ℂ Ad pmā dico. ꝙ īfinitati creature repugnat. Et ſi p impoſe adderet̄ illi ſupreme ſpēi aliq̄ entitas ꝯcedēdo: ꝙ hoc īpoſſibili poſito: ꝙ ita eēt ſicut ꝯcludit̄: ſʒ tñ hoc eſt īpoſe. ſ. ꝙ addatur aliqua entitas: nec hoc eſt in poᵃ obiua. ℂ Ad 2ᵐ dico. ꝙ nō eſt incōueniēs ꝙ aliqua virtus trāſcēdat formaliter: ꝛ p ꝯñs ſit in ſe formalr̄ infinita: ꝛ tñ obiectalr̄ vel virtualr̄ nō trāſcēdat. ℂ Ad 3ᵐ dico. p idē. Lʒ eni terminus nō ſit adequatus formalr̄ in entitate ipſi diuine virtuti: tñ obiectalr̄ pōt: ita ꝙ virtus plus nō poſſit. ℂ Ad aliud dico: ꝙ lʒ vtraq3 iſtaꝝ virtutū. ſ. gñatiua ꝛ creatiua ſint equalis perfectionis in ſe formalr̄: ꝛ equalr̄ infinita: tñ vni repugnat hr̄e terminū adequatū ſibi in entitate. ſ. virtuti creatiue: ꝛ alteri non repugnat ſcʒ generatiue: q2 iſta virtus eſt obiectiue ad intra. alia vo ad extra. ℂ Sed hic eſt diffi. vtrum. ſ. dato ꝙ eſſet ꝓceſſus in infinitum in ſpēbus: vtrū deus intelligeret vnā ſpēm infinitam. ℂ Dico ꝙ nō vʒ necīa iſta ꝯñtia: ſicut apparet in exemplo manifeſto. Nā continuū eſt diuiſibile in partes in infinitū: deus tñ non videt aliq̄ʒ partem q̄ vltra nō ſit diuiſibilis: ſic in propoſito.

E

2ᵘˢ articulus.

Proceſſus i infiᵐ eē i ſpēbus deſcēdendo oñdit 4ʳ.

F

Inſtantia 4ʳ.

Euaſio ad has inſtātias notabilis.

Deſcenſus ꝑtium eſt 2ˣ.

G

Ecce qᵭ q̄ris de ꝑtib⁹ eiuſdē ꝓportiōie. vide. 6. phẏ. ꝑ ꝛ ǯ ꝛ alibi.

3ᵘˢ articulus.

Op. alioꝝ. De ſen. ꝛ ſenſa. ca. 7.

Impugnatio 4ʳ.

Maxima.

H

A. l. infimam nobilitatē.

Op. ppria. Procedē in īfinitū in itermediȷs nō incōuenit.

Obȷcitur.

Euaſio.

**Secūdo** vidēdū eſt. Utrū in deſcēdēdo ſit ꝓceſſus in infinitū in ſpēbus. Hic ſunt. 4. vie ſilr̄: qb⁹ ꝯclō affirmatiua ꝓbat̄. Prima accipit̄ ex diuiſione ꝯtinui: q2 ꝯtinuū eſt diuiſibile in infinitū: ſʒ in q̄libet diuiſione variat̄ ſpēs quātitatis ſicut bicubitū: monocubitū: ꝛ ſic ſi fiat ſm equalē ꝓportionē. g̊ ꝛc̄. ℂ 2ᵃ accipit̄ ex numeris: q2 cōpoſitior eſt binari⁹ q̄ʒ vnitas ꝛ ternari⁹ q̄ʒ binari⁹: ꝛ ſic ī īfinitū. Et ſic q̄to res cōpoſitior tāto īpfectior. g̊ in deorſuʒ deſcēdēdo eſt ꝓceſſus in infinitū in ſpēbus numeroꝝ. ℂ 3ᵃ accipit̄ ex figuris: q2 q̄drāgulus eſt īferior in pfectione reᵘ triāguli: ꝛ pentagonus īferior reᵘ q̄drāguli. igit̄ ꝓceſſus in īfinitum. ℂ 4ᵃ accipit̄ ex actib⁹ reflexis: ſi ponit̄ aliqᵭ obm nobilius pᵃ intellectione: ſicut qñ ītelligo angelū: tunc intellectio ītellectionis eſt ignobilior: ꝛ 3ᵃ q̄ʒ 2ᵃ ꝛ 4ᵃ q̄ʒ 3ᵃ. ꝛ ſic in īfiᵐ: ſicut ſupius ex̄. ℂ Dicūt g̊ iſti: ꝙ nō vʒ ꝯdictio ꝙ ponat̄ ꝓceſſus in infiᵐ in deorſum. ℂ Sʒ ꝯtra inſtat̄ 4ʳ. Primo ſic. Oīs pfectio finita p ablationē finitoꝝ graduū annihilat̄: ſʒ oīs creatura eſt finita. ℂ 2° ſic. Q2 ſequeret̄ ꝙ illa ſpēs a qua inciperet̄ deſcēſus q vadit in infinitū / eſſet infinita: q2 ꝯtineret gradus infinitos. ℂ 3° ſic. Q2 aliq̄ creatura limitata diſtaret a nihilo in īfiᵐ. ℂ 4° ſic. Q2 tūc angelus diſtaret eq̄lr̄ a nihilo cū mā: ꝛ vʒ ſeq̄ incōueniēs aliud ꝙ angelus diſtet eq̄lr̄ a nihilo ꝛ a mā: q2 iter angelū ꝛ mām ſūt infinite ſpēs: ꝛ ſic īfiniti gradus: nō ſūt aūt plures iter angelū ꝛ nihil. g̊ ꝛc̄. ℂ Ad rōnes iſtas poſſʒ hō facilr̄ dicē. ꝙ deſcēſus ſit ſm ꝑtes eiuſdē ꝓportionis: ꝛ ſic nulla infinitas ſeq̄t̄. Nā inter vnā partē ꝯtinui ꝛ aliā ſunt infiniti gradus ꝛ īfinite ſpēs: ꝛ tñ in infinitū nō diſtāt: ſʒ finite: q2 illa īfinitas partiū eſt ſm ꝑtes eiuſdem ꝓportionis. Si aūt fieret deſcēſus ſm ꝑtes eiuſdē q̄titatis: rōnes demōſtrarent. Unde dico ꝙ accipiēdo ꝑtes eiuſdem ꝓportionis: tot ſunt inter palmā linee ꝛ pūctū: quot ſūt inter totā lineā ꝛ pūctum: īmo quot ſunt inter totū vniuerſum: ꝛ de talibus nō ſequitur aliquod incōueniens.

**Tertio** vidēdū eſt. ſi eſt ꝓceſſus in infinitū in media ꝯſcēdendo: ita ꝙ data aliqua ſpē multū nobili ꝛ alia multū ignobili: vtꝝ ſint infinite ſpecies medie. ℂ Dicūt aliq̄ ꝙ nō: q2 eni extrema ſunt poſita ꝛ finita: impoſſibile eſt ſumere infinita media inter ea. ℂ Sed cōtra hoc arguo q̄druplr̄. Primo: q2 poſito ꝙ ſpēs numeroꝝ īcipiētiū a dualitate vadāt in īfiᵐ: nūq̄ʒ ꝑtingēt ad nobilitatē minime q̄litatis: q2 qñ totū gen⁹ excedit totū gen⁹ nō pōt tātū ꝓcedi in īferiori ꝙ attingat ad aliqd ſupioris. cū g̊ dualitas ſit poſita in actu: ꝛ minima qualitas inter ea: ħ nō obſtāte poterit eē multiplicatio ſpērū in infiᵐ. ℂ 2° in ꝯtinuis: q2 ꝓcedēdo in infinitum in ſpēb⁹ q̄titatis ꝯtinue: vt in bicubito ꝛ tricubito: ꝛ ſic de aliȷs in aſcēdēdo: nūq̄ʒ deueniem⁹ vſq3 ad minimā q̄litatē: nec in deſcēdēdo ad relōnē: pp̄ ſui infimitatē. ℂ 3° hoc idē apparet in ſpēb⁹ ītelligibilib⁹: ſi eni poſſent fieri īfinite ſpecies ꝛ quelʒ poſſet hr̄e ſuā ſpēm intelligibilē nūq̄ʒ attingēdo aliquā determinatā: poſſent tātū multiplicari ꝙ pertingerēt ad nobilitateʒ ſpeciei qua deus intelligitur. ℂ 4° de actu intelligēdi: quādo obiectum pmū eſt nobilius actu nūq̄ʒ q̄tūcūq3 multiplicatur ꝑuenitur ad gradū nobilitatis pmi actus recti vel obiecti eius. in deſcēdēdo aūt nūq̄ʒ perueniet̄ ad infinitatem relōnis vel qualitatis ſenſibilis. ℂ Iō apparet mihi ꝙ non eſt aliquod inconueniens: ꝙ datis extremis finitis quin poſſit ꝓcedi in infinitum in itermediȷs: ſicut pʒ in continuo ſm partes eiuſdem ꝓportionis. ℂ Sed ꝯ. videt̄ eni ꝙ ſicut homo plus excedit aſinū q̄ʒ aſinus plātam: ita videt̄ ꝙ angelus plus excedit hominē q̄ʒ hō aſinū: q2 ſm diāʒ nobiliorem. ℂ Di

I
ꝙ lꝫ illud verū ſit:q2 illa ſunt de genere ſube:in quo nõ
eſt ꝓcedere in infinitū:nõ tñ eſt ſic in actib⁹ intelligen
di. Nã plus excedit act⁹ intelligēdi albedinē q̄ eſt ſuuꝫ
Replica 2ᵉ.
obm:q̄ꝫ act⁹ reflexus actū rectū. ¶ Sed cõtra dupl'r.
Primo:q2 exceſſus in ſpēb⁹ multoꝝ numeroꝝ fit per
equale.ſ.p vnitatē:nõ tñ in ꝓportione ſed in quantita
te. ¶ 2°.q2 quãto nobilioꝛ eſt entitas in q̄ fit exceſſus:
tãto eſt maioꝛ ſm q̄ꝫtitatē virtutis:ſꝫ nobilioꝛ ſpēs ſꝑ
excedit inferiorē in nobiliori entitate q̄ꝫ illa aliã:q2 in
differētia ſua ſpecifica q̄ eſt nobilioꝛ q̄ꝫ dr̃ia inferioris:
ſicut nũc tactum eſt.g̊ ꝛc̃. ¶ Dico ꝙ exceſſus qui fit in
numeris per vnitatē eſt in quantitate:ꝛ ille nõ eſt citra
aliquem numerum determinatū:ſed exceſſus ſm queꝫ
qualitas excedit numeꝝ eſt alterius rõnis. ¶ Ad aliõ
dico ꝙ illõ arg̃ᵐ nõ vrget:niſi dicat̃ ꝙ illa ſpēs nõ ex/
K
A.l.addit ad ſecũdã q̄ꝫ ſe/cũda ad tertiã
cedit aliã ſm totã dr̃iã ſpecificã:ſꝫ ſolū in illo excedit
qõ addit illa ſpēs pfectionis cū in vtraqꝫ ſit genus:nec
plus p̄ma addit ad p̄mã q̄ꝫ ſecunda ad ſecundam.

4ᵉ articulus.
**Quarto** videndum eſt.vtrum ſit proceſſus in īfi/
nitum in latus aſſumendo.ſ.ſm ſpecies
Op.cõis.
Nõ eē ꝓceſſū ī īfinitū ī ſpē/bus in lat⁹ ꝓ/cedēdo oſten/dit.
Rõ cõis.
equales. ¶ Hic dicitur cõiter ꝙ iſto mõ non ſolū non
eſt proceſſus in infinitū in ſpecieb⁹.ſ.equalib⁹:imo ſim
pliciter nullus proceſſus:q2 impoſſibile eſt dare duas
ſpecies equales in vniuerſo. Et ratio iſtius eſt illa quã
aſſignant.ꝙ.ſ.genus diuiditur per duas differentias:
quarum vna eſt poſitiua:ꝛ altera priuatiua:vt aĩal per
rationale ꝛ irrationale.ſemper autem poſitiua eſt pfe/
ctioꝛ q̄ꝫ priuatiua:ꝛ per conſequens ſpecies conſtituta
per poſitiua ſemꝑ eſt perfectioꝛ. ¶ Sed tamen lꝫ iſta
ſit ratio cõmunis:nõ tamen demonſtrat. Nam corpo/
reum ꝛ incorporeum diuidunt ſubſtantiã. corporeum
L
tenet hic locum poſitiui:ꝛ incorporeuꝫ eſt nobilius cor
poreo. Unde diceretur ꝙ lꝫ vna nominet̃ nomine pri/
uatiuo:tamen eſt vere poſitiua ꝛ ſepe nobilioꝛ q̄ꝫ illa q̄
nominatur vt poſitiua. ¶ Cõfirmatur:quia nulla dif/
ferentia priuatiua poteſt eſſe conſtitutiua ſpeciei poſi/
tiue. ¶ Sed ſi dicatur ꝙ qñ dicitur ꝙ vna differentia
eſt priuatiua:nõ intelligitur quin dicatur aliquid poſi/
tiuum:ſed intelligitur ꝙ caret aliquo gradu entitatis
vel pfectionis quã hꝫ alia in q̄ ſibi ſupeminet. ¶ Sꝫ
iſtud eſt bñ dictū:tñ nõ eſt ꝓbatū. Nõ arguit̃ aūt nunc
Rõ propria.
ꝯ ꝯnē:ſed ꝯ modū ponēdi eã ꝛ rõnē ꝑ quã talis ꝯ poni/
tur.ſ.ꝯ ſupradicta. Igit̃ vr̃ poſſe aliter ꝓbari ſic. Nam
inter ſpecies ſicut ꝛ inter illa que ſunt diuerſarū rõnū:
nõ ꝯſurgit niſi reſpectus diſquiparãtie:ꝑꝑ differentias
Inſtãtia 4ᵉ.
ꝯſtitutiuas eaꝝ que ſunt diuerſaꝝ rõnū:ſed diſparitas
cum omni equalitate ſtare nõ põt.ergo ꝛc̃. ¶ Sed cõ
M
tra iſtud inſtat̃ 4ᶜ. Qñdo p̄mo ſic. Qꝛ in equalibus ſit
proceſſus in īfinitum:q2 in quãdo eſt proceſſus in infi/
nitum:ꝛ tñ vnū quãdo nõ eſt perfectius alio:cum nullã
dicãt perfectionē. ¶ 2°.q2 ſicut deus vltra oē qñ poteſt
facere aliud quãdo:ita vltra oē vbi poteſt facere aliud
vbi:ꝛ tñ vnū vbi aliud nõ excedit:ꝛ ſunt diſtincta ſpē:
ſicut probabitur euidēter in 2°. ¶ 3° eodē mõ arguit̃
de priori ꝛ poſteriori in tꝑe. ¶ 4° eodē mõ de extra ꝛ
intra que ſunt differentie loci. ¶ Ad omnia iſta dico
Eth̃ in ſpēb⁹ reſpectiuis ſit p̄ncipalitas:ñ tñ eq̄litas nec exceſſus.
vnico verbo:ꝙ lꝫ in reſpectiuis vna ſpēs nõ ſit pfectioꝛ
alia:non tñ ſequitur ꝙ ſit equalis. Unde ſicut illa que
ſe excedūt in q̄ꝫtitate perfectionis:nec̃io hñt q̄ꝫtitatem
pfectionis:ita q̄ ſunt equalia. Unde ſicut ibi nõ eſt ex/
A.l.ꝓceſſus.
ceſſus in pfectione:ita nec ibi equalitas:tñ vna hñ eſt
p̄ncipalioꝛ alia:queēadmodum dicimus in diuinis ꝙ
vna pſona hñ eſt p̄ncipalioꝛ:lꝫ nõ ſit pfectioꝛ. Aliqui tñ
nitunt̃ iſtã ꝯnēꝫ probare ex ordine eſſentiali ꝛ ex ordi/
ne eminentie:ſed non euidēter talia deducunt̃. ¶ Ad
argumentum patet. ¶ Queſtio. X.

N
Sermo de q̄litate effectus actu īfini.ī no/tabilis.
Anſ.pſol.2.
**D**ecima queſtio eſt. Utrū deus potue
rit ꝓducere aliquid actu alr̃
infinitū. Qꝛ nõ.q2 deus nõ põt facere aliuꝫ
deū:illud aūt infinitū eēt deus:q2 quo ma/
ius cogitari nõ poſſet. ¶ Cõtra.diuina po
Declaratio q̄/tuſt.q.ꝛ diui/ſio eius.
tētia eſt infinita.g̊ ꝛc̃. ¶ Hic intelligēdū eſt ꝙ 4ᵒʳ ſūt
modi īfinitatis:de qb⁹ qõ põt hr̃e difficultatē.ſ.modus
Infinitas 3ᶜ.
infinitatis extēſiue ſm q̄ꝫtitatē ꝯtinuã ſicut in lineis.
Alia infinitas eſt ſm quãtitatē diſcretã:ſicut in nume/
ris. Alia ſm quantitatem virtutis:ſicut in gradib⁹ pfe
ctionum. Alia ſm quãtitatē durationis ſicut in tēpore.
Et q̄ꝫtum ad iſta ſunt quatuoꝛ inueſtiganda.

**Primuꝫ** eſt ſi de⁹ põt facere infinitū ſm multi/
tudinem. Dicunt aliqui ꝙ nõ:q2 infiᵐ
p̄mus articu.
Op.cõis.
3.phy.t.c.6.
eſt cuius q̄ꝫtitatē accipiētib⁹ ſꝑ eſt aliqd extra accipē:
qõ tñ nõ ꝯtingeret ſi eēt infiᵐ. ¶ Sꝫ ꝯ arguo 4ᶜ. Prio
Impugn° 4ᶜ.
O
ſic. Nã ſpecifica humana nõ eſt determinata ad certã
multitudinē indiuiduoꝝ:q2 da oppoᵐ.ſequeret̃ ꝙ de⁹
Infinitã mul/titudinē ſim/l' a deo cãri ꝓ/bat.
in hoc mūdo gñationē nõ poſſꝫ ꝯtinuare ᵃ in eternū:ſꝫ
tñ vſqꝫ ad illū numeꝝ quē ſibi ᵇ determiaret. Nã hoc
ſuppoſito arguit̃ ſic. Qñcūqꝫ eſt aliqua nã cui ex ſe nõ
a A.l. indiui/dua nõ poſſe ꝯtinuare in in/finitum.
repugnat cõicari īfinitis ſil':deo nõ repugnat ſic facere
ſcꝫ eã infinitis ſil' cõicare:q2 nūq̄ꝫ ꝓuenit ipoſſibilitas
ex pᵗe dei:ſꝫ nã humana nõ hꝫ ex ſe repugnãtiã ad hoc
b A.l. deter/minaret.
ꝙ īfinitis ſil' cõicet̃. Hoc ꝓbo.nã ipſa eſt nata cõicari
mille ſil' ꝛ.x.millib⁹:ꝛ ſic q̄ꝫtūcūqꝫ multiplicet̃ numer⁹
ſibi nõ repugnat ſil' cõicari.g̊ de⁹ p̃t eã cõicare īfinitis
ſil'. ¶ 2° ſic. Quot ſūt īdiuidua eiuſdē ſpēi ꝓducibilia
ſil':tot de⁹ põt ꝓducere ſil':cū poſſit oē poſſibile:ſicut ē
poſ'e:ſꝫ īfinita īdiuidua ſūt ſil' ꝛ fuerunt ſil' ꝓducibilia:
Eualio.
cū oĩa habuerint ab eterno ſuã ꝓducibilitatē.g̊ p̃nt ſil'
ꝓduci. ¶ Iſta tñ rõ min⁹ ꝓbaret:niſi aliud adderet̃.
P
ꝯcluderet enĩ ꝙ de⁹ oēs ptes mot⁹ ꝛ tꝑis:ꝛ oĩum ſuc/
ceſſiuoꝝ põt facere:q2 certum eſt ꝙ ſuã producibilita
tē ab eterno habuerūt ſil'. Propter h̃ arguo ſic addẽ
do. Aut infinita ſunt ſil' ꝓducibilia ꝑ ſil' aut nõ. Si ſic:
tūc ſil' de⁹ poterit ꝓducē:nec valet de ptib⁹ ſucceſſiuo/
rū:q2 lꝫ ſint ſil' ꝓducibiles:tñ nõ ſūt ꝓducibiles ꝑ ſil'.
¶ Si aūt dicas ꝙ nõ ſil' ꝛ ꝑ ſil' ſūt īfrᵃ ꝓducibilia:tūc
erit dare certū numeꝝ:vltra quē de⁹ ꝓducē nõ p̃t vnã
aĩam ſil' itelligēdo:qõ vr̃ ſatis īcõueniēs. ¶ 3° ſic. Qñ/
cūqꝫ ſūt aliq̄ ꝓducibilia ſucceſſiue:qbus ex ſe nõ repu
gnat ſil'tas:illa de⁹ ſimul p̃t ꝓducē:ſꝫ īfinitis aĩab⁹ que
ſūt ſucceſſiue ꝓducibiles:nõ repugnat ſil'tas ex ſe:quia
nõ ſūt in loco.hoc pꝫ:q2 q̄ꝫcūqꝫ multitudinē aĩaꝝ acci/
pias ſil':nullã īueniēs repugnãtiã. ¶ 4° ſic. In re fini/
ta ipoſ'e eſt ꝓcedē in īfinitū ſm ptes eiuſdē q̄ꝫtitatis:ſꝫ
Q
